



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Venus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

PUELLARES INEPTIÆ. CAP. VII.

**E**T mala puellarum ludicrum vocat Nicander in Alexipharmacis.  
 Ἐπιμαχίαν ἡρώων, exponit interpres; ludunt enim puellæ, eble ctanturq; malis. Multa vero hujusmodi, quæ ad infantiam propemodum tendunt, inter ineptientes amatores fieri videmus, ut merito nonnulli dicant ἀφροδίτην δεικνύσαν, καὶ τὴν ἡρώων, id est, à desipiendo, cum præsertim Euripides dicat, ἡρώων ἡρώων ἡρώων, Ἀφροδίτης δεικνύσαν, Mortalium esse ineptias quatenus, Veneris causa fierent. Atque ob hoc ipsum Catullus amicum Flaviū veretur, ne quid ineptiarum faciat.

VENUS. CAP. VIII.

**I**psa etiam Venus malo insignis est. Nam apud Sicyonios statua ei erecta erat cum malo in manu ut napa, papavere in altera: ex malo quidem amorem, ex papavere vim prolificam, ac seminis copiam significantes. Nam & lepus illi ob fecunditatem dedicatus, id quod in Amoribus Philostratus, ut ejus animalis commentario alibi explicuimus, summa narrationis lascivia percurrit. Idem author Venerem in antro statuit mollior in stratis floribus recubantem, juxta quam fons irriguus vitrea per speculum claritate profudit. Ibi amatoriam Veneris suppellectilem pyxidas, pectines, specula, cymbala cum crotalis, omniaque pruriginis, amoenitatumq; & illecebrarum alia atq; alia ille ctantem nta recensere possis, quibus collustrandis oculos quidem delassari sentias, satiari vero nunquam. Quod vero in antro cubitet Venus, apud Græcos est ἡρώων ἡρώων ἡρώων, ἡρώων ἡρώων ἡρώων, anteriores, maximeq; remoti, & occulti ob scurig. Hinc Musæus eam secretam, Apuleius clandestinam, Ovidius lib. 2. de Arte, furivam vocant.

NEMESIS. CAP. IX.

**E**rat & maliatoris ramus in manu læva Nemescos, quam Marathonix pugne monumentum Phidias lapide Pario dicitur excidisse Athenis, corona cujus, & cervis, & parvis quibusdam victoris insignitæ; dextera vero phialam tenebat cum Æthiophibus insculptis, propter Oceanum fluvium, quem Æthiopes æcolunt. Ea vero de causa mali ramus Nemesis gestandus dedicatur, quod Veneris habitu Nemesis dea sit primò solita figurari, ut habetur in Suidæ colle ctancis; nam alterum illud de statua Phidiaca, apud Pausaniam est.

SACRUM HERCULIS. CAP. X.

**N**equè tamen ierim inficias, alis quoq; diis malum fuisse gratam, ut victimarum loco nonnumquam acciperetur, ac felicissime litaret. Nam si quando Bos, quam Herculi sacerdores immolare voluerant, aufugisset, malum illi ramis quatuor compositis, quadrupedis illius instar sacrificabant. Hujus rei mentio est apud Suidam, neq; non apud Pollucem. Narraturq; res super historia de Bœotorum hostia, quæ fluvio Asopo ita aucto, ut transiri non posset, eo loco unde victima erat adducenda, ne qua sacrificio mora fieret, pueros a junct malum quatuor stipulis vice pedum sustentasse, duasq; loco cornuum addidisse, atq; ita Herculi obtulisse; eumq; ita litare visi essent, rem in consuetudinem processisse, atque inde in Herculem appellatum, quasi Pomonum dicamus. Alii eventum hujus pomipro Bove oblati ad Athenienses transferunt; nam Bœoticum sacrum loco arietis fuisse volunt, Apollodoro hæc apud Zenodotum tradente.

APOLLO. CAP. XI.

**Q**uin & Apollo mali coronam, priusquam laurum feligeret, adamavit, eaq; victores in certaminibus coronari voluit, ut in luculento Archæi transiicho legitur: τὴν ἀφροδίτην ἀγῶν, quod Epigramma in omnium jam manibus versatur. Apud Pausaniam legas statuam Apollini ἐπιμαχίαν erectam sive à malo quo gauderet, sive ob pastorem, quam per aliquot annos vitam egit. Nam ἀφροδίτην ἡρώων ἡρώων ἡρώων, Unde uniuscujusque quadrupedis tergo melote dicitur, ut obiter Pauli locus animadvertatur ex epitola ad Hebræos cap. xi. Circumierunt in melotis. Sed & ἡρώων ἡρώων ἡρώων, quippe,

Sed & ἡρώων ἡρώων ἡρώων, exponitur, ἡρώων, amor quod ἡρώων ἡρώων ἡρώων, ad Venerem, ex Thucyd. 1. dial. 6. Veneris statua apud Sicyonios.

Hinc Musæus eam secretam, Apuleius clandestinam, Ovidius lib. 2. de Arte, furivam vocant.

Pollib. 1. de vocabulis veterum. Bœotorum hostia Herculis.

Hinc proverbium ἡρώων ἡρώων ἡρώων, Pomonum dicitur, ἡρώων ἡρώων ἡρώων, ἡρώων ἡρώων ἡρώων, 2 sen. 7. proverbij 7. de sperio magnifico, sed respicit impotentem.